



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nomenclator Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Qvi  
Ab Anno Christi Millesimo quippiam commentati sunt, Sev  
Ab Eo Tempore quo Pontificis electione ad eos tantum ob  
Romani cleri multitudinem ...**

**La Roche-posay, Henri-Louis Chasteigner de  
Tolosae, 1614**

Vrbani V. Temporibus Clari.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10735**

*Quam tibi plus Marce longè huic Verulonia dedit.  
Nam tu illi esse, dedit ille bene esse tibi.*

GVILLELMVS DE AGRIFOLIO ex Archiepif-  
copo Cæsaraugustano Cardinalis, Gallus, scripsit, vt no-  
tat Eifengrein,

Sermones in laudem B. Virginis.

Et alios. Obiit Auenione anno 1405.

PETRVS CORSINVS Ciuis & Episcopus Floren-  
tinus Cardinalis, scripsit, vt refert Pocciantius

De abolendo Schismate.

Vitas aliquot Summorum Pontificum.

Sermonesque multos. Florentiæ iacet in Ecclesia  
Augustinianorum cum hoc Epitaphio.

*Hic iacet Reuerendissimus in Christo Pater Dominus Petrus  
de Corsinis de Florentia, Decretorum Doctor, Portuensis Epif-  
copus Cardinalis, qui obiit die 16. Augusti anno Domini 1405. Et  
anno sui Cardinalatus 36. cuius anima requiescat in pace.*

---

VRBANI V. TEMPORIBVS CLARI.

IOANNES THORESBIVS Anglus, ex Archiepif-  
copo Cantuariensi Cardinalis S. Sabinæ, vt vult author  
Catalogi scriptorum Angliæ: de cuius tamen Cardina-  
latu non mihi satis constat: scripsit

Processum quendam.

Pro docendis laicis, more Cathedismi Anglicè.

Ad Ecclesiarum Pastores. Et alia. Obiit Ebo-  
raci anno 1374.

BERNARDVS DE AMBASIA Carmelita, & Car-  
dinalis (si Bibliothecæ vniuersalis auctori credimus;)   
scripsit

In libros Sententiarum.

In Epistolas Ioannis lectiones 112.

In Epistolam Iacobi lectiones 64.

Sermones hyemales, æstiuales, & quadragesimales.

Collationesque varias. Claruit anno 1364.

*A GREGORIO XI. CREATI*

*cuius Epistolas quinque habes apud*

*Uualsinghamum.*

BERTRANDVS LAGERIVS DE FIGIACO Gallus ord. Minorum, ex Episcopo Glandatensi Cardinalis, scripsit De Schismate contra sui temporis hereses. Obiit Auenione an. 1392. Ibidemque in Ecclesia Minorum sepultus est.

PETRVS FLANDRINI Gallus Decretorum doctor eximius & Cardinalis, scripsit

Deductione materiae schismatis oborti post mortem Gregorij XI. manuscript. in Bibliotheca Cardinalis Sirleti. Obiit Auenione anno 1381. Ibidem sepultus.

SIMON DE BORSANO, Ciuis & Archiepiscopus Mediolanensis Cardinalis, vtili volumine conscripto Super libr. Clementinarum. Obiit Nicia anno 1381. Ibidemque sepultus est.

PETRVS DE LVNA Arrago, Decretorum Doctor Cardinalis, qui postea Antipapa Benedictus 13. Pontificium ius & Cæsareum apud Montepessulanum publice professus est, scripsitque

De Potestate Papæ & Concilii manuscript. in Biblioth. Vaticana.

Vitæ humanæ aduersus omnes casus consolationes.

Et alia quædam. Obiit exauctoratus anno 1424.